

Petermann, Julius Heinrich

Porta linguarum Orientalium sive elementa linguarum Syriacae, Chaldaicae,
Arabicae, Samaritanae, Aethiopicae, Armeniacae etc.

Bd.: 6

Berolinum 1841

Polygl. 112 d-6

urn:nbn:de:bvb:12-bsb10779711-6

Polygl.

W&d



107971
LITERATUR
KUNSTSAMMLUNG

LITERATUR

DR. WILHELM VON KÖNIGSBERG, MÜNCHEN,
S. 23. 1860.



503 H

10779711

PORTA
LINGUARUM ORIENTALIUM
SIVE
ELEMENTA
LINGUARVM SYRIACAE, CHALDAICAE, ARABICAE,
SAMARITANAE, AETHIOPICAE, ARMENIACAE ETC.

STUDIIS ACADEMICIS ACCOMMODATA.

EDIDIT

JUL. HENR. PETERMANN,

DOCT. ET PROF. PUBL. EXTRAORD. IN UNIVERSITATE BEROLINENSIS.

PARS VI.

LINGUA ARMENIACA.

BEROLINI

A P U D G. E I C H L E R.

1841.

BREVIS
LINGuae ARMENIACAE
GRAMMATICA, LITTERATURA, CHRESTOMATHIA
CUM
GLOSSARIO.

I N U S U M P R A ELECTION U M E T S TUDIOR U M
P R I V A T O R U M

S C R I P S I T

JUL. HENR. PETERMANN,


DOCT. ET PROF. PUBL. EXTRAORD. IN UNIVERSITATE BEROLINENSIS.

BEROLINI

A P U D G. E I C H L E R.

1841.

172



BIBLIOTHECA
REGIA
VENACENSIS

10779711

PIIS MANIBUS
M E C H I T A R I S
ABBATIS GENERALIS
ET
LITTERATURAЕ ARMENIORUM RESTITUTORIS
NEC NON
DISCIPULIS EJUS TOTIQUE MECHITARISTARUM
INSULAE SANCTI LAZARI ACADEMIAE
PRIMA SAECULARIA CELEBRANTI
HUNC LIBELLUM
LINGUAЕ ET LITTERATVRAЕ ARMENIORUM
STUDIIS DICATUM
PIO GRATOQUE ANIMO
D. D. D.
AUCTOR.





P R A E F A T I O.

Trado hic sextam portae linguarum orientalium partem, in qua idem consilium, quod in praecedentibus persequutus sum, firmiter tenui. Dedi igitur, quantum ei, qui vel proprio Marte linguam Armeniorum ediscere cupiat sufficiente putavi, ut his studiose perfectis sine magna difficultate ad alia legenda pergere possit; simulque iis satisfacere studui, qui lectiones de hac lingua et litteratura habere velint, ut libellum habeant, quem discipulorum manibus tradere, et quo tanquam duce in scholis suis comode uti possint. — Sed in grammatica, quum haec lingua ab iis, quae semiticae dicuntur, maximopere discedat, aliam viam ingressus sum, talem nempe, quam in caeteris linguis observamus, quamque in libro meo: „Grammatica linguae Armeniaca. Berolini 1837.8.ap. G. Eichler“ jam ante inieram; atque hunc quidem librum mihi ducem sumsi, ita ut mutatis mutandis, atque omissis iis, quae sive explicationem formarum, sive comparationem cum aliis linguis spectant, illius fere epitomen conscripserim. — Pro specimine lectionis et analyseos item ut alibi orationem dominicam proponere non dubitavi, quoniam versio Script. Sacrae armeniaca saeculo quinto, aurea litteraturae Armeniorum aetate facta est et classicis, quae dicunt, scriptis omni jure adnumeratur. — In litteratura libros, qui facile comparari nequeunt, omisi. — In chrestomathia denique praemissis quatuor prioribus Geneseos capitibus, quae, quum textum graecum verbotenus fere reddant, difficultatem haud praebent, singula loca e variis variorum temporum scriptoribus, eo respectu decerpsi, ut tirones in

variis dicendi generibus sese exercere possint, simulque varietate rerum allecti a facilioribus ad difficiliora pergent. Itaque primo loco posui vitam primi Armeniorum herois post Haik, Arami scilicet, unde nomen populi exortum putatur, eamque secundum narrationem celeberrimi Tschamtschean (in Compend. histor. Arm. Venet. 1811. 8. p. 9. sqq.), qui simplici et facili dicendi genere usus est; huic adjunxi ea, quae Eznik, elegantissimus scriptor saeculi quinti p. Chr., de Marcione ejusque secta profert: deinde e classica illa Elisei, aequalis Eznikii, historia de iis, quae Armenios inter et Persas anno 449 sqq. p. Chr. gesta sunt, epistolam dedi, qua Persarum princeps Mihrnerseh Armenios ad ipsius fidem amplectendam persuadere conatur; porro e Mose Chorenensi caput de Haiko, regni Armeniaci conditore, descripsi; tum pulcherrimam narrationem de morte voluntaria Arsacis II., qui annis 363—81 p. Chr. regnum Armeniorum tenuit, secundum Faustum Byzantium, scriptorem saeculi quarti, attuli, ut lectores ejus stilum non optimae quidem notae cum aliis comparare possint; deinde locum proposui ex Joanne Mandacunensi, scriptore saeculi quinti, quem tirones velim statim post illa Geneseos capita perlegant, sed argumenti ratione ductus hic demum inserui; ac finem denique facit Gregorii Narekensis introductio atque initium Commentarii in Canticum Canticorum, auctoris saeculi X. alias intellectu difficillimi, sed in hoc libello, quem juvenili aetate scripsit, satis facili. — In glossario, quantum fieri potuit, etymologiam non minus quam alphabeticum ordinem observavi.

Liber I.

DE SCRIBENDI ET LEGENDI ELEMENTIS.

CAPUT I. DE SCRIPTURA.

§. 1. Scriptura Armeniorum a sinistra dextram versus legenda litteris constat 36, quas secundum ordinem alphabeti *այբուբենք* sive *պյտիւբենք* (i. e. *a* et *b.*) dicti dispositas una cum nomine et valore tabula sequens exhibit:

FIGURA.	NOMEN.	VALOR.	
MAJUSCULA		SONI	NUMERI
S.	MINUSCULA		
FERREA	LA		
S.	S.		
MESROPIANA	ROTUNDA		
Ա	ա	ա	1
Բ	բ	պյեն	2
Գ	գ	կիմ	3
Դ	դ	տա	4
Ե	ե	յէշչ	5
Զ	զ	զա	6
Ւ	ւ	է	7
Ը	ը	յէթհ	8

Litterae.

Թ	թ	թո	th	9
Ժ	ժ	ժե	sh, Gall. j	10
Ի	ի	ինի	i	20
Լ	լ	լիւն	l	30
Խ	խ	չե	ch orientale	40
Ծ	ծ	ծա	ds	50
Կ	կ	գյեն	g	60
Հ	հ	հհօ	hh	70
Ճ	ճ	ճա	ts	80
Ղ	ղ	ղամ	gh	90
Ճ	ճ	ճե	dsh, Angl. g	100
Մ	մ	մյեն	m	200
Յ	յ	ի	h, j	300
Ն	ն	նո	n	400
Շ	շ	շա	sch	500
Ո	ո	ուո	w Angl. et o profund.	600
Չ	չ	չշա	tsch	700
Պ	պ	բե	b	800
Ջ	ջ	ճշե	dsch dur.	900
Ր	ր	ռա	r dur., rr, rh	1000
Ս	ս	սա	s fortius	2000
Վ	վ	վյեվ	w	3000
Թ	թ	դիւն	d	4000
Ր	ր	րե	r len.	5000
Ց	ց	տզօ	tz	6000
Ւ	ւ	հիւն, չիւն	v, u	7000
Փ	փ	պիւր	pp, ph	8000
Ք	ք	քե	kh	9000

His saeculo XII accesserunt:

O	o	o o	ô	10,000
Φ	Φ	Φξ fê	f	20,000

In pronunciatione hodiernos Armenios sequutus sum, licet nonnullas litteras (cf. infra Cap. 2) antiquitus aliter pronunciatas esse arbitrer.

§. 2. Ordo litterarum alphabeti insertis iis, quae Graecis desunt, cum graeco ordine ab α ad χ usque prorsus congruit, idemque antiquissimus est pariter ac nomina litterarum, quae sive ejusdem originis sunt, ut $\alpha i p = \text{alpha s. aleph}$, sive ex sola littera constant, sen denique vario modo ex additione unius seu plurium litterarum exorta sunt.

§. 3. Figura litterarum **majuscula**, quae, si florum, animalium, hominum formas repraesentat, **picta** sive **florida** dicitur, in libris impressis tantummodo in titulis, atque capitum et sententiarum initii, et in nominibus propriis adhibetur; altera vero **minuscula**, saeculo fere nono paullatim ex priori illâ exorta, ex hoc inde tempore in omnibus fere libris tam manuscriptis quam impressis reperitur. Ex utrâque figurâ recentiori tempore nova eaque **cursiva**, **majuscula** et **minuscula** formata est, quae in epistolis familiaribus, in libris grammaticis, et in notis marginalibns alibique usurpatur. Recentissimo denique tempore nova scriptura cursiva, eaque vario modo ornata ex priori illa efficta est, qua nonnisi in titulis librorum uti solent Armenii.

Paucae tantummodo litterae cum aliis quibusdam connecti possunt ac solent, atque ita levem mutationem subeunt. Huc pertinet in primis **L** et pro **լL**, deinde litterae **Մ** et **Ն**, quarum altera sequentibus **Ե**, **Ւ**, **Ւ**, **Ւ**, **Ւ**, altera praecedentibus **Շ**, **Ժ**, **Վ** hâc ratione annexitur: **մԵ**, **մՒ**, **մՒ**, **մՒ**, **մՆ**, pro **մԵ**, **մՒ** etc., et **ՏՆ**, **ԹՆ**, **ՎՆ** pro **ՇՆ**, **ԺՆ**, **ՎՆ**.

Littera **ւ**, quae saepius reliquis occurrit, in mediis vocalibus unâ modo lineâ brevitatis causa jam antiquitus signabatur e. g. **աշորիկ** pro **աշտարակ**; eademque littera duabus lineis superpositis exprimitur, quo signo utebantur etiam pro aliis vocalibus, atque ibi, ubi vocem aliquam ex superioribus jam satis notam primis tantum litteris innuere volebant. e. g. **թ"գ"ւր** pro **թազաւոր**, **պ"մ"ըազմ** pro **պատերազմ**.

At nota compendii usitatissima, quae et singulis litteris nu-

merum denotantibus superponitur,* est (—), quae ibi ponitur, ubi vel una littera, sive sit vocalis seu consona, vel plures, immo unâ vel duabus exceptis omnes litterae vocium ex nexu orationis cognitarum omittuntur. Plerumque mediae vocium vocales desunt. Sed notandum est, in vocibus flexioni obnoxiiis ubique ultimam litteram, ex quâ flexio vocabuli eluceat, unâ cum primâ aut pluribus prioribus exhiberi.

Tabula compendiorum, quae saepius occurunt:

$\tilde{w}\delta$	pro <i>աստուած</i> , atque in-	$\beta\acute{\zeta}$	s. ξ	term.	subst.	pro
verso <i>w</i>		$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}$				
$\tilde{m}\delta$	de diis fictitiis	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	s. $\acute{\zeta}$	-	-	pro
$\tilde{w}m$	pro <i>ամենայն</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}m\acute{\zeta}$				
$\tilde{w}m\acute{\zeta}$	pro <i>ամենայնի</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	s. $\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>Ճամանակ</i>	
$\tilde{w}j$	pro <i>աստուծոյ</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	s. $\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>Ժողովուրդ</i>	
$\tilde{w}\acute{\zeta}$	pro <i>աստուծով</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>իսրայէլ</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}m$	pro <i>բազում</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>իսրայէլի</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro <i>գլուխ</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>վերայ</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro <i>դորա</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>խորհուրդ</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	s. <i>եղէմ</i> pro <i>երուսաղէմ</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>խնդիրներ</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	terminatio particip. pro <i>եալ</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>Ճառայ</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	- - - pro <i>եալք</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	s. $\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>կամ</i>	
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro <i>երկրորդ</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>կատարեալ</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro <i>եպիսկոպոս</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>հընկարակ</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro <i>երրորդ</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>մարդ</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro <i>և</i> <i>այն</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>յսու</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro <i>զնս</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>յաղագս</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	s. $\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$ pro <i>Ճագաւոր</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>յառաջ</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	s. $\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$ terminatio subst. pro	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>նմնէ</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	<i>Ճիւն</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>նմանապէս</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	- - - pro	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>նյնպէս</i>		
$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	<i>Ճեան</i>	$\beta\acute{\zeta}\acute{\zeta}\acute{\zeta}$	pro	<i>նորա</i>		

*). Nota. Litterae *Խ* vero modo inseruntur, modo superscribuntur.

նց pro նոցա
 նք pro նոքա
 ոպ pro որպէս
 չրդ pro չորրորդ
 պ s. պս pro պէս
 պրտւր pro պարտաւոր
 պտ pro պատասխանի
 պտճռ pro պատճառ
 պտրգ pro պատրագ
 պտրզմ pro պատերազմ
 ոբ pro սուրբ
 ոբյ pro սրբոյ
 սկւ pro սակաւ
 ոմէ pro սմանէ
 ոս pro այսպէս
 ստնյ pro սատանայ
 ոց pro սոցա
 ոցէ pro սոցանէ

ոք pro սոքա
 վ pro վերջ
 վը pro վերայ
 վեպ s. վրդպ pro վարդա-
 պետ
 վս pro վասն
 վսկ pro վասն այսորիկ
 վսյ pro վասն որոյ
 տ s. տը pro տէր
 տն pro տեառն
 տը s. տրը pro տերամբ
 ւմ pro ուրեմն
 փ s. փլս pro փոխ
 փլսկ pro փոխանակ
 ք pro քան
 քհ s. քհնյ pro քահանայ
 քս pro քրիստոս
 քսի pro քրիստոսի.

Loco hujus signi nonnunquam, si prima modo littera vocis scripta est, circellus reperitur, ut թ° pro թագաւոր, շ° pro շաբաթ. Praeterea in nonnullis vocibus saepissime occurrentibus sive litterae contractae, sive signa quaedam plus minusve arbitraria reperiuntur, uti:

պ i. e. այս vel այսինքն
 և i.e. (և) և այլն
 ՞ (՞ լ) pro զոր օրինակ
 ը pro ընդ
 ը i.e. ըստ
 ըմ pro ըստ այնմ

մ s. լդ pro ամենայն
 գ s. ՛ պր աշխարհ
 ՚ pro որպէս

§. 4. Praeter alia signa, quae in musicâ tantum adhibentur, in libris impressis occurunt sequentia:

I, spiritus asper, (^), qui litterae L superscribitur, ubi consonantis partes agit, idque in fine verborum, exceptâ particulâ L et in mediis vocibus, si vocalis sequitur; sed in recentioribus S. Lazari edd. prorsus deest.

II, 1, accentus acutus, qui, quum omnes fere voces tonum in ultimâ syllabâ habeant, eamque syllabam, in quâ positus est, cum vi aliquâ pronunciandam esse indicet, reperitur a, ibi, ubi tonus ab ultimâ syllabâ ad aliam transfertur, quod locum habet α, in Genitivo casu Pronn. demonst. *այս — այսորիկ* etc. atque in Adverbiis, quae cum his et similibus Pronn. composita sunt, *այսպէս, այդշափ* etc. β, in casibus Vocativis nominum praesertim exoticorum, ubi prima syllaba saepius accentu notatur e. g. *յակոբ, թերահաւատք*.

b, in vocibus omnis generis, quae cum vi aliquâ efferti debent, ideoque α, in phrasibus ex nomine et verbo compositis, ubi illud semper, quod antecedit, hōc accentu insignitur; β, in Imperativis Verborum, aut, si negative exprimuntur, in particulâ մի՛, ne, praecedente, quae ita a մի, unus, aliquis, distinguitur; γ, in Vocativis Nominum, aut in particulâ interjectionis նկ, ն՛, praecedente; δ, in particulis interrogationis, si indirecte interrogatur.

Sed praeter Imperativos, Vocativos et particulas interjectionis et interrogationis in libris impressis, si editionem S. S., quae Venetiis anno 1805 prodiit, exceperis, rarius hic accentus legitur.

2, accentus circumflexus, (°, ՞) qui rarius in exclamacionibus, plerumque vero in interrogatione directa locum habet.

3, accentus longus, (՞) quo utuntur in interjectionibus, et si vox aliqua cum affectu quodam pronuncianda esse videatur.

III, Signa orthographica.

1, մակակէտ, (') i. e. punctum superne. Ita appellatur virgula, quae praefixo 'b, ut distinguatur ab b initiali vocum, superscribitur.

Idem signum apostrophus appellatum indicat, litteram aliquam, tam consonam quam vocalem, euphoniae causa, sive ut vitetur hiatus, omissam esse. e. g. *լուս' քո* pro *լուսք քո — զի ժամանակաց* pro *զի ի ժամանակաց*.

2, ἡνδωμένη (~) i.e. infra stans, signo Graecorum ὑφέν proprio respondens recentiori tempore in fine tantum linearum ponitur, ubi vocum syllabae ex regulâ certâ ac constanti dirimuntur; ex quâ, uti in graecâ et latinâ linguâ, etymi non minus et compositionis, quam pronunciationis ratio in abrumpendis vocibus habetur.

IV, Interpunctionis signa.

1, υποριζήσις i. e. punctum inferius (,) nostro commati et formâ et usu plerumque respondet.

2, accentus gravis (') dimidium quasi commatis valorem habens iis plerumque superscribitur vocibus, quae ob vim suam a reliquis secernendae sunt.

3, μηδωλήσις i. e. punctum medium (.), est punctum in mediâ periodo positum, ubi nos sive colon sive semicolon scribimus.

4, ψερωλήσις i. e. punctum finale periodorum (:). Denique **5, φωλωρήσις** i. e. inclusionis linea (), quae et formâ et usu a nostrâ parenthesi haud differt.

Caput II. De pronunciatione.

Litterarum potestatem, quam supra in tabulâ dedimus, quum partim a primitivâ hic illic differat, partim et ipsa explicatione egeat, nunc accuratius persequamur.

De pronunciatione litterarum **w**, **ξ**, **θ**, **φ**, **β**, **γ**, **δ**, **χ**, **Ϛ**, **Ϟ**, **Ϙ**, **Ϻ**, **ϻ**, **ϻ**, **ϻ**, **ϻ**, nihil est, quod addamus.

Litterae **Ϛ**, **ϙ**, **ϻ** antiquitus litteris Lat. b, g, d, responderunt, sed hodie ut p, k, t, proferuntur; similiter litterae **Ϙ**, **ϙ**, **ϻ**, quae antiquitus k, p, t pronunciabantur, nunc sonos g, b, d, acceperunt.

Ϛ est *e* breve, graeco *e* respondens; at plerumque, praesertim in initio vocum sonat *je*; atque, ubi alia vocalis sequitur, pronunciatur fere ut *i*, et cum illâ diphthongum efficit.

Ϙ ut hebr. **׀**, graec. **Ϛ** et gothicum **ȝ**, quibus proprie respondet, paullatim in sonum lenis *s* abiit.

Ϛ vocalis semibrevis et auxiliaris *e* est, quae vicem Schevatis Hebraeorum gerit, sed ab initio vocum ibi tantum ponitur, ubi vocalis brevis incipiens euphoniae causa abjicitur, e. g. **׀ַנָּא**, Gen. **׀ַנְּדָעַ**, deinde in praepositionibus, quae tono

carent, earumque compositis: *ըն*, *ընդ*, *ըստ*, et *ըմբռնել*, *ընդարձակ*, *ըստմիոջէք* — denique in nonnullis vocibus, quae modo a vocali brevi, *ո*, *ու*, incipiunt, modo eam abjiciunt e. g. *ըղորկ* et *ողորկ*, *ըղորդ* et *ուղորդ*.

In mediis vero vocibus legitur tantum, si in fine linearum ita abrumpuntur, ut inter duas consonantes vocali destitutas inseratur, e. g. *բընակ* pro *բնակ*. — Denique in libris musicis et poeticis, ut syllabarum numerus compleatur, saepius in medias voces inseritur, ubi duae litterae consonae vocali destitutae se invicem excipiunt e. g. *ծընունդ* pro *ծնունդ*, et ab initio earum vocum scribitur, quae a litterâ sibilante, quam alia consonans vocali expers sequitur, incipiunt e. g. *ըզպատմուճան*; sin vero ex mediâ voce vocalis exciderit, *ը* non praeponitur, sed inseritur e. g. *սըրբոյ* a *սուրբ*: atque idem, si voces in fine linearum dirumpuntur, locum habet e. g. *բընակ~, սըր~բոյ*.

L primitus tanquam littera duplex sonum 1j expressit, serius vero in sonum simplicis *լ* abiit.

Ծ litteram *h* tam orientalem quam occidentalem repraesentat.

Ճ *ts* mollius quam *g*, sed durius quam *Ժ* proferendum sonum litterarum *Ճ* + *ս* exprimit.

Ղ antiquiori tempore sonum palatalem *g*, eumque molliorem, *gh*, *j*, reddidit, recentiori vero in sonum gutturalem *gh* abiit.

Յ primitus valorem nostri *j* ubique habuit; sed, quum praeter Pronomina et Imperativos nulla vox in vocales *ա* et *ո* desinat, ad eas producendas semper nostro *հ* respondens additur, atque itidem fortasse h̄ic illic in mediis vocibus post easdem vocales sonuit. Nostro tempore ab initio et in fine vocum (exceptis octo monosyllabis *այ*, *բայ*, *խոյ*, *հայ*, *հոյ*, *ճայ*, *նայ*, *վայ*, in quibus *Յ* cum litteris *ա* et *ո* diphthongos *ai*, *ui* efficit) valorem litterae *հ* retinet, in mediis vero vocibus profertur ut nostrum *j* seu *i* (sc. ante litteram consonantem). Eadem est pronunciatio, si voces ab *Յ* incipientes secundum membrum vocum compositarum constituunt. e. g. *բազմայիմար*, lege, pazmahimarr. In iis vero vocibus compositis, quarum membrum prius

littera *J* claudit, haec profertur *j*, si per litteram auxiliarem *w* cum alterâ voce componitur, atque ita veram compositionem efficit; *h* vero pronunciatur, et quasi devoratur, si sine litterâ auxiliari alteri voci tantum praeponitur e. g. *լնժայաբեր* lege *end sa ja pjer*. *վերոյասացեալ* lege *wje ruha sat zeal*. *Ներքոյգրեալ* lege *njer khuh kreal*.

" vocalis *o* brevis est; sed plerunque paullo gravius pronunciatur, ita ut sōnum inter *o* et *u* medium reprezentet; atque ab initio vocum quasi cum digammate profertur, *ut Anglorum w* e. g. *որ* lege *w or s. wur*, sive potius *w ūr*.

շ medium inter *Ճ* et *Ձ* locum tenens aspirata est, ac fere *tsch h s*, *dsch h*, ut litterae sanscritae *ঃ* et *ঃ*, aut sec. alios ut **Russorum III** pronunciantur.

Վ est duplex *ւ*, ac respondet nostro *w*, sed in vocibus graecis praecedente " vocali *ω μέγα* exprimit. e. g. *Հովվի* lege *hrr ôm*.

ւ antiquissimis temporibus vocalis *u* erat, sed mox in consonantem leniorem *v* abiit, ita ut modo consonantis modo vocalis partes ageret, et hucusque agat; et pro consonante quidem usurpatur ab initio vocum, ubi rarissime ac fere tantum in carminibus iisque secundum litteras alphabeti dispositis occurrit e. g. *ւը* lege *vér*; deinde in mediis vocibus, si vocalis sequitur, sive propter flexionem excidit e. g. *աւետարան* lege *av jed aran*, *քաւիչ* Gen. *քաւչի* lege *khavitsch*, *khavtschi*; ac denique in fine verborum praecedentibus vocalibus *ե* sen *ի*, eundemque valorem retinet, si littera in fine accedit. e. g. *և* lege *jev*, *ևս* lege *jevs*, *հովիւ* lege *huwiv*, *հովիւք* lege *huwivkh*. His accensenda etiam sunt voces monosyllabae *քաւ* lege *khav*, *լաւ* lege *lav* etc. et nomina propria graeca ab εὐ incipientia, in quibus haec syllaba per *եւ* reddita nostro certe tempore *jev* profertur e. g. *եւսեբիոս* lege *jev sepios*. — Alias ubique littera *ւ* vocalis partes agit. e. g. *աւգեր* lege *auer*, *մեւս* s. *միւս* lege *minus*, *յարութիւն* lege *haruthiun*.

Restant nunc considerandae diphthongi, triphthongi, et vocales compositae sive duplices.

wj diphthongus ai ab initio et in mediis vocibus primitivam pronunciationem retinuit, sed in earum fine ut ah profertur. cf. quae sub litterâ *j* adnotavimus.

wL diphthongus au ab initio vocum fere semper, et in earum fine, si littera consonans sequitur, saepissime recentiori tempore in vocalem o, ô transiit. Caeterum cf., quae modo sub litterâ *L* diximus.

bw diphthongus ut ea sive potius ia profertur.

bwj triphthongus in fine tantum vocabulorum legitur, atque eah s. iah pronunciatur; sed, si littera consonans accedit, eai s. iai proferenda est.

bwL triphthongus in flexionis syllabâ tantum occurrit, et ea u s. iau sonat; at saepius, ubi consona in fine accedit, in diphthongum *bo*, eô s. iô transiit.

hL graecae diphthongo *ev* respondet, et in vocabulis graecis hodie jev pronunciatur, in armeniacis vero, ubi saepissime cum *hL* commutatur, sonat eú s. iú.

hL diphthongus ubique fere (cf. *L*) profertur iú, licetsaepius tanquam vocalis simplex pro ū posita esse videatur.

ny ab initio et in mediis vocibus ui (primitus oi, oh) pronunciatur, sed in earum fine ut, oh, ūh profertur.

nL non est diphthongus, sed vocalis brevis graecae ov, nos trae u respondens.

Alias diphthongos lingua armeniaca non agnoscit.

Caput III. De divisionibus litterarum.

Litterae Armeniorum dividuntur

1, secundum organa, quibus efferuntur, in tres seu quinque classes:

Labiales: *p*, *wl*, *ψ*, *L*, *q*, *f* — *ɸ*.

Dentales: *t*, *m*, *θ*, *z*.

Linguales: *u*, *d*, *z*, *g*, *δ*, *ɛ*, *g*, *r*, *n*, *L*

Palatales: *ɛ*, *ɔ*, *ɣ*.

Gutturales: *χ*, *h* — *J*, *q*, (*L?*) — *q*, *χ*, *p*, (*n?*).

2, secundum pronunciationem sive duriorem sive leniorem ac valorem duce Grammatica Dionysii Thracis saec. V translatâ in

a, tenues: *w*, *l*, *m*, *q*, *z*, *f*, *v*, *p*, *j**

aspiratas: *ɸ*, *ɸ̄*, *h*, *θ*, *g*, *χ*, *ɛ*, *ɣ*, *n*, *s̄*.

medias: *p̄*, *q̄*, *t̄*, *ð̄*, *z̄*, *f̄*, *v̄*, *d̄*.

b, mutas: *p*, *q*, *t*, *w*, *l*, *m*, *θ*, *ɸ*, *ɸ̄*, *l̄*.

semivocales: *q̄*, *g*, *z̄*, *f̄*, *v̄*, *u*, *l̄*.

liquidæ: *z̄*, *f̄*, *l̄*, *p̄*.

c, duplices: *q̄*, *l̄*, *h*, *z̄*, *ɛ*, *ɣ*, *n*, *ḡ*.

Reliquæ omnes consonae simplices vocantur.

Denique legibus euphoniciis ductus secundum grammaticam sanscritam litteras consonantes distribuimus in

surdas: *w*, *l*, *m*, *ɸ*, *ɸ̄*, *h*, *θ*, *g*, *ɛ*, *ɣ*, *n*, *(z̄?)* et

sonoras: *p*, *q*, *t*, *q̄*, *θ̄*, *ð̄*, *z̄*, *f̄*, *v̄*, *l̄*, *(z̄?)*, *p̄*, *l̄*, *s̄*, *θ̄*, *χ̄*.

Caput IV. De permutatione litterarum.

A, de litteris consonantibus.

§. 1. Litterae Armeniorum consonantes multo firmiores sunt quam sanscritae, veruntamen non omni permutatione expertes hîc illic, praesertim si ejusdem organi sunt, aut mutantur, aut abiciuntur, aut inseruntur; ac leges quidem primariae, quas sequuntur, sunt sequentes:

1, Litteram surdam surda plerumque sequitur, litteram vero sonoram sonora. Sed haec regula ibi fere non observatur, ubi litterae concurrentes in pronunciatione dirimuntur.

2, In fine vocum litterae surdae sonoris preferuntur.

3, Geminatio consonantium vitatur.

4, Saepius sive in compositione seu reduplicatione, seu denique flexione vocum concursus consonantium evitandi causa aliqua earum ejicitur.

Jam vero permutationes ipsas, quatenus in flexione vocum observantur, singulatim litteris secundum organa, quibus preferuntur, dispositis recenseamus.

§. 2. Labiales, *p*, *w*, *ɸ*, *t*, *q̄*, *f̄*.

* Ex his litteras *q̄*, *z̄*, *f̄*, *v̄*, *p̄*, *j*, ob causas ex euphoniae legibus petitas mediis potius accensendas esse arbitror.

Littera **ρ** subinde ex reg. 4. ejicitur, ut in voce **Աղամամբն** pro **Աղամամբըն**.

Littera **ւ** ejicitur in flexione nominum in **իւն** aut **իւր** s. **եւր** desinentium. e. g. **բարութիւն** Gen. **բարութեան**, seu **աղբեւր** Gen. **աղբեր**; inseritur eadem plerumque loco vocalis heterogeneae **ի** in flexione nominum in **ի** exeuntium, si vocalem **ո** in casibus obliquis accipiunt. e. g. **որդի** Gen. **որդոց** etc.; mutatur denique haec littera in casu instrumentalis nominum praecedente vocali **ո** in **վ**, ac praecedentibus litteris **ն**, quae simul in **մ** abit, sive **լ** et **զ** in **բ** e. g. **մարդ** Instr. **մարդով**, **ակն** Instr. **ակամբ**, **աղբիւր** Instr. **աղբերբ**, **աստղ** Instr. **աստեղբ**.

Littera **մ** in voce **պաշտօն** sive potius **պաշտան** pro **պաշտամն** (cf. Gen. **պաշտաման**) transit in **ւ**, atque in terminazione I pers. pl. Fut. **ուր** pro **եմբ** seu **իմբ** in vocalem **ու**, mutatur vero in **ն** in casibus obliquis sing. Pron. pers. 1 pers. **իմ**, **ինձ**, **յինէն**, **ինև**, atque in Accusativo ejusdem Pron. plane excidit: **զիս** pro **զիմս**, **զինս**; geminatur denique in Ablativo Sing. Pron. poss. II. pers. **քոյ** — **'ի քումմէ** (ad analogiam formae **յիմմէ**) et in eodem casu Pron. int. **ո-յումմէ**.

§. 3. Dentales **դ**, **թ**, **տ**, **ն**.

Littera media **դ** sec. §. 1. reg. 4. nonnunquam ejicitur cf. **ընդունիլ** et **ընկալայ**, ac saepius (sec. §. 1. reg. 1 et 2) in mediis vocibus earumque fine commutatur cum **թ** et **տ** cf. **ընդ** et **ենթ**, **գունդ** et **գունտ**.

Littera **թ** scribitur passim pro **դհ**, ac simili ratione **թշ** pro **չ** e. g. **ընթանուր** pro **ընդհանուր**, **թշուառութիւն** pro **չուառութիւն**. Contra seniori tempore reperitur **ց** pro **թս** in voce **ուցուն** pro **ութսուն**.

Littera **տ** (sec. §. 1. reg. 4) hic illic abjicitur e. g. **եզր**

pro **եզրտ**, et mutatur (sec. §. 1. reg. 1.) in **շ** sive **թ** e. g. **կենդենար** centenarius, **տաղառդ** talentum, **ութ** octo, **եւթն** ἐπτα; denique **սս** subinde mutatur in **ց**, ac scribitur **կրցեր** pro **կրտսեր**.

Littera liquida **Ն** sequente aliâ consonante in nominibus peregrinis haud raro ejicitur e. g. **Կոստաս** Consta ns. Idem fit in nominibus armeniacis praecedente aut sequente aliâ consonante e. g. **սուտակ** pro **սուտակն**, **յիսուն** pro **հինգսուն**; sed in multis aliis nominibus e. g. **մարդիկ**, **երեց** Gen. pl. **մարդկան**, **երիցանց** haec littera non in Nom. abjecta, sed potius in casibus obliquis addita est. Ante litteram labialem saepe in **Մ** transit e.g. in Instr. Decl. I. **բարութեամբ** pro **բարութեանբ**, **ըմպել** pro **ընպել**; alias haud raro commutatur cum **ը** cf. **տանիմ** Aor. II. **տարաւ** — **դնեմ**, **լնում** et **դիր**, **լեր** — **փոքր** Nom. pl. **փոքրունք** — aut cum **յ** et **՛** e. g. **այդ** pro **անդր**, **կանայք** pro **կանանք**, **հիւթ** pro **նիւթ**.

§. 4. Lingualess **ժ**, **ս**, **շ**, **զ**, **ձ**, **ց**, et liquida **ը** cum litteris **ռ** et **լ**.

Ex his littera **ս** in nominibus propriis ob vocales praecedentes **ս** vel **ի** mutatur in **շ** e. g. **եղիշէ** pro **եղիսէ**, **Ա՞ռուշէ** pro **Ա՞ռովսէս**; in Imperativis vero Verborum transit in **ը** e. g. **Եր** pro **Ես**, **լիջե՛ր** pro **լիցիս**. In II pers. plur. Praes. et Fut. Ind. et Conj. **ս** ejicitur e. g. **խօսիք** pro **խօսսիսք**, **սիրեք** pro **սիրեսսք**, **սիրեսցիսք** pro **սիրեսցիսք**.

Littera **զ** vocibus quibusdam praefigitur, ut vim earum quodammodo intendat. cf. **ելանել** et **զելանել**, **անցանել** et **զանցանել**, **արթուն** et **զարթուն**, atque in his aliisque verbis nonnunquam commutatur cum **՛** et **յ**. cf. **զանցանել** et **յանցանել**, **զատանել** et **հատանել** et **յատանել**.

Littera **ժ** commutatur cum **Ճ** in voce **Ճանեայ** Aor. II a. v. **Ճանաչել** aliisque.

Littera *g*, quum sit durissima, crebro emollitur, atque in varias litteras moliores transit, nempe in *ձ* in formis Aor. I բարձի et դարձայ pro բարցի et դարցայ a verbis բառնալ et դառնալ, in *Ճ* in verbis մուծանել pro մտուցանել, կործանել pro կորուցանել, in *զ* in verbis ելուզանել, ընկլուզանել etc. pro ելուցանել, ընկլուցանել etc., in *ս* in verbo կորուսանել pro կորուցանել, atque imprimis in Fut. I. sequente aliâ *g* e. g. սիրեսցես etc. pro սիրեցցես etc.* , in *շ* sequente litterâ *ս* in voce վեշտասան pro վեցտասան, in *թ* sequente litterâ *ս* in voce վաթսոն pro վացտոն seu վեցտոն, denique in *ջ* in formis Futuri et Imperativi sequente syllabâ *իր* seu *իք* e. g. եղեջե՛ր pro եղեցի՛ր, հանջիք et սիրեսջեք pro հանցիք et սիրեսցեք.

Littera liquida *ր* pariter atque littera duplex *ռ* in nulla fere voce proprie armeniacâ, ut in linguis, quae tataricae dicuntur, tanquam littera initialis legitur. In mediis vocibus saepius ante litteras sibilantes et *՛* inseritur. e. g. Բարսեղ pro Բասիլիս, իրաւախոր՛ pro իրաւախոր՛, atque in casibus obliquis nomm. Adjectivorum in *ր* praecedente aliâ consonante desinentium ejici solet, e. g. բարձր Gen. բարձու, sed scribitur թանձր Gen. թանձու et թանձրու. Transit haec littera persaepe, praesertim si Մ sequitur, in *ռ*, e. g. բառնալ pro բարնալ. բեռն pro բերն, քոյր Gen. քեռ Inst. քերը etc. atque in *՛*, *յ*, *լ*, e. g. վե՛՛ pro վեր, յայցել et հայցանել pro հարցանել, խօսեցայք pro խօսեցարք, սլանալ pro սրանալ; atque in *ս* in Fut. արարից, pers. Ա արասցես etc. denique etiam transponitur nonnunquam, e. g. կրկին pro երկուկին.

*) Sed scribitur etiam կեցցես, լցցես etc. a verbis կեալ, լնուլ etc.

Littera duplex **ռ** saepissime cum **ր** commutatur, sive etiam in duplex **ր** dissolvitur, e. g. **բարբառ** pro **բառբառ**, **առնել** Aor. II. **արարի** et comp. **մեծարել** pro **մեծ + առնել**.

Littera **Ղ** nonnunquam, ut modo vidimus, commutatur cum **ր**, saepius vero imprimis in nominibus peregrinis cum **Ղ** e. g. **Պաւղոս** pro **Պաւլոս** etc.

§. 5. Litterae palatales **Ճ**, **Ձ**, **Ղ**, haud raro inter se commutantur, ac scribitur quidem **բՃիՃ** et **բՁիՁ**, **դահիՃ** et **դահիՁ**, **հաջեԼ** et **հաչեԼ**; porro loco **Ճ** in vocibus nonnullis legitur **Ճ**, **Ձ**, **ԱԹ**, cf. **Ճկոյթ** et **Ճկոյթ**, **ՃանաչեԼ** Aor. II. **Ճանեայ**, **Ճէպ** et **ԱԹէպ**, atque **Հ** pro **ԹՀ** in voce **չուառութիւն** pro **թշուառութիւն**; **Ղ** vero pro **Ճ** in formis quibusdam legi, modo dictum est pag. 13.

§. 6. Litterae gutturales **Շ**, **Ւ** — **Յ**, **Ղ** — **Գ**, **Կ**, **Ք**.

Littera **Շ** nonnunquam ab initio, saepius in mediis vocibus iisque compositis abjicitur, e. g. **ամբար** pro **համբար**, **զԼսատեԼ** et **զԼուխ** + **հատեԼ**: praefigitur eadem subinde cf. **աւաքեԼ** et **հաւաքեԼ**, **զօր** et **հզօր**, et in vocibus graecis vices spiritus asperi et lenis gerit, cf. **հռեսոր** et **ձնτωρ**, **հերետիկոս** et **αἱρετικός**, **հեռ** et **էօւս**, sed scribitur **Եբրայեցի** et **հեբրայեցի** etc. Denique commutatur cum **Յ**, **Ղ**, **Վ** et **Ո** cf. voces **հատեԼ** et **յատեԼ**, **խոՇ** et **խող**, **մարմնահար** et **մարմնավար**, **արհեստ** et **արուեստ**.

Littera **Ւ** in vocibus compositis sec. §. 1, 4. saepius abjicitur e. g. **փոփոխեԼ** pro **փոխփոխեԼ**, et sec. §. 1, 1. transit in **Շ** et **Ղ** cf. **բախտ** et **բաղդ**, **խոխ** et **խո՛շ** et **խող**.

Littera **Յ** saepissime vocibus a vocali incipientibus praefigitur e. g. **յաջող** pro **աջող**. In nominibus exoticis haud raro inter duas vocales inseritur e. g. **Ա՚իքայէԼ**, **այեր** pro **ձի՞ր**; in vocibus vero armeniacis vocalibus **ա** et **ո** additur, ut eas

longiores reddat, atque, si syllaba corripienda est, iterum ejicitur: cf. *այս* et *աստ*, *մայր* Nom. plur. *մարք*, *այր* Gen. sing. *առն* plur. *արք*, *արանց*, *այլ* Gen. sing. *այլոյ* plur. *այլոց*. Subinde eadem in *հ* convertitur e. g. *հիմ* pro *յիմ*, *հետ* pro *յետ*, *յիսուն* pro *հինգսուն*, atque in Gen. et Abl. sing. nominum quorundam in *յ* transit, nisi potius litteram *յ* ex *յ* ortam dicere malis cf. *միոջ* pro *միոյ*, *յեկեղեցւոջէ* pro *յեկեղեցւոյ*; denique etiam, licet rarissime, (quemadmodum *հ* in voce *վիթ* pro *հիթ* etc.) in *ւ* abit, e. g. *վիրաքանչիւր* pro *յիրաքանչիւր*, *ևոչ ւայդմանէ* pro *և ոչ յայդմանէ*.

Littera *Ղ* sec. §. 1, 3. 4. ejicitur in vocibus *ախ* pro *աղխ*, *ծիծաղել* pro *ծաղծաղել* etc., et commutatur cum *խ* et *հ*, ut modo vidimus, cum *ւ* in voce *քաւդեայ* pro *քաղդեայ*, cum *յ* in terminatione nominum Adjectivorum *եայ* pro *եղ*, ac saepissime praesertim in vocum initio cum *լ*.

Littera *Գ* ejicitur sec. §. 1, 4. in voce composita *յիսուն* pro *հինգսուն*, et commutatur saepe cum *կ* et *ք* cf. *գամ* Aor. II. *եկի*, *կոչել* et *գոչել*, *թարգմանի* et *թարքմանի*, cum *Ղ* in voce *հաղորդ* pro *բագորդ*, et cum *Վ* in vocibus *վտակ* pro *գետակ*, *վեր* pro *գեր*.

Littera *Կ* sec. §. 1, 4. abjicitur in nomine *հայք* pro *հայկեք*, atque hinc etiam in voce *հայաստան* pro *հայկաստան*. Transit eadem in litteras cognatas *գ*, *ք*, *խ*, *հ*, atque etiam in *Ճ*, cf. *ընդեր* pro *ընկեր*, *քանով* pro *կանով*, *ծասկել* et *ծասքել*, *մծիխ* et *մժեխ* seu *մժեխ*, *կռուիլ* et *խռովիլ*, *խոկ* et *խոհ*, *լիկ* et *լիհ* et *լիճ*, *նուիկ* et *նուիճ*.

Littera *Ք* sec. §. 1, 4. abjicitur in voce *հինգ* pro *հինգք*, et commutatur non solum, ut modo dictum est, cum litteris *գ* et *կ*, verum etiam cum *չ*, cf. *չորք* et *քառ*, et cum *զ*, cf. *զնին* et *զննել* cum vocibus *քնին* et *քննել*.

§. 1, Litterae vocales non minus quam consonantes variis mutationibus subjectae sunt, quarum regulae primariae sunt sequentes:

1, Si vox in litteram consonam desinens sive in flexione seu in vera compositione in fine crescit, vocalis brevis, praesertim *b* et *n*, syllabae tono destitutae abjicitur, vocalis longa vero seu diphthongus in cognatam brevem convertitur.

2, In syllaba tono insignita vocalis brevis in longam seu diphthongum ipsi respondentem mutatur; atque idem fit compensandi causa, si in fine syllabae ultimae altera duarum consonantium abjicitur.

3, Litterae liquidae *v*, *z*, *p*, amant vocalem *n*.

4, Saepius ob vocalem syllabae primariae vocalis praecedentis sive sequentis syllabae mutatur.

5, Litterae vocales *w* et *u* non possunt immediate praecedere aliam vocalem, littera *b* vero tantummodo vocalem *w*, quem cum diphthongum efficit.

§. 2. Vocalis *w* inseri solet in vocibus compositis, quarum membrum posterius a consonante incipit, e. g. Նորակերպ, Է-սկից, Ճիշկոյտ, sed reperitur quoque *առեղզ*, *աստուածա-ազգ*, *բարեգործ* a *բարի* + *գործ* etc. abjicitur eadem nonnunquam sec. §. 1, 1. seu, quod idem est, mutatur in *p* in syllaba tono destituta, cf. *առն* pro *արան*, *ականջաց* et *ակընջաց*, atque in nomine *աստուած*, quod discriminis ergo in casibus obliquis scribitur *աստուծոյ* etc. si de Deo vero, *աստուծոյ* etc. autem, si de deo fictitio sermo est. — porro in alias vocales transit, idque 1, sec. §. 1, 2. in diphthongum *wj* in fine vocum (ubi pronunciatur a h vide supra pag. 8.) e. g. դուդնա-քեայ, խօսեցայ, et in mediis vocibus cf. *wjր* cum *արք*, *արանց* — *լուանայք* pro *լուանասք* (vide supra pag. 15.) 2, in vocales breviores *b* vel *b* sec. §. 1, 4. e. g. *փայծաղն* Gen. *փայծե-ղան*, *երկերիւր* pro *երկու* seu *երկ* + *հարիւր*, *ատակել* et *ատիկել*, *ասպազէն* et *ասպիզէն*. 3, in *n* sec. §. 1, 3. cf. *ոռոգանել* pro *առոգանել*, *փողոտել* pro *փող* + *հատել*.

§. 3. Vocalis *b* interdum euphoniae causa in mediis voci-Petermann, gramm. armen.

bus inter duas consonantes inseritur, e. g. *եկեղեցի* pro *եկ-*
ղեցի i. e. *ἐκκλησία*, *Երեք* pro *Երք* seu *Եռք*, *չորեք* pro
չորք — deinde sec. §. 1, 1. rarius abjicitur e. g. *ուղեղ* Gen.
ուղղոյ, *ասեղն* Gen. *ասղան*, atque metri causa in Copula *և*
e. g. *ոչ* pro *և* *ոչ*, *առողջութիւն* pro *և* *առողջութիւն*—
denique transit 1, in *ա* in voce *վաթսուն* pro *վեցսուն*, 2, in
է, nempe vocalis augmenti in vocibus a vocali sive ab *հ*, *յ*
incipientibus, cf. *եկաց* a *կալ*, sed *էառ* ab *առնուլ*, *էջ*
ab *իջանել*, *անէծ* ab *անիժանել*, *էհան* s. *եհան* ab *հանել*,
եյարկ s. *էյարկ* ab *յարկանել*, adeoque *էստեզծ* s. *եստեղծ* a
ստեղծանել — itemque in formis *գործէ* pro *գործե*, *էք* pro *եսք*,
սիրէք pro *սիրեսք* 3, in *ի* in Imp. Fut. cf. *սիրեսցե՞ս*
et *սիրեսցի՞ր*, *հանցե՞ս* et *հանցի՞ր*, atque ita quoque 2. p. pl.
Ind. et Imp. Fut. *հանցիք*, *սիրեսցիք* etc. pro *հանցեսք*,
սիրեսցեսք etc.

§. 4. Vocalis longa *է* neque abjici neque inseri potest, sed
commutatur nonnunquam cum diphthongis *այ* cf. *Եղէք* s.
Եղայք, et *Եա* cf. *ընկէց* s. *ընկեաց*, ac saepissime sec. §. 1,
1. in *ե* transit cf. *կէտ* Gen. *կետի*, *գմբէթ* Gen. *գմբեթի*,
ամէն Gen. *ամենի*, *եղէզն* Gen. *եղեզան*, *եղինէ* Gen.
եղինեայ, haud raro etiam in *ի*, e. g. *վըէժ* Gen. *վրիժու*,
սէր Gen. *սիրոյ*, et cf. *սիրեցէք* et *սիրեցիք*.*)

§. 5. Littera *լ*, quum semibrevis sit (cf. supra pag. 7.),
et proprie absentiam vocalis indicet, huc non pertinet, quoniam
mutationi in aliam vocalem non subjecta est; et si quaudo trans-
ire videtur, in eandem vocalem, unde enata est, convertitur.

§. 6. Vocalis *ի*, saepe in flexione et compositione sec. §. 1,

*.) In nominibus *կադմոս* Gen. *կադմեայ* ac similibus
forma Genitivi itidem ex inusitata Nominativi forma *կադմէ*
explicanda est.

1. abjicitur cf. **զիծ** Gen. **գծի**, **սիրտ** Gen. **սրտի**, **լինտը** Gen. **լնտեր**, **երկիր** Gen. **երկրի** et comp. **երկրաբնակ**, **ինչք** Gen. **ընչեց**,* sed scribitur quoque **հիմն** Gen. **հիման**, **իսկ** Gen. **իսկի** et comp. **իսկաբանութիւն** etc. — porro in Abl. sing. decl. III. e. g. **ախտ** Abl. **յախտէ** pro **յախտիէ**, in Pron. int. **ի՞**, cf. **զմէ** pro **զիմէ**, **առ'ի մէ** pro **առ յիմէ**, in Futuris verb. 1 p. s. **հանից**, 2 p. s. **հանցես** etc., atque interdum etiam, si duae voces praesertim monosyllabae se invicem excipiunt, quarum prior in hanc vocalem exit, altera vero ab eadem sive alia vocali incipit, e. g. **մ'ի** pro **մի'ի**, **քանզ' ՚ի** pro **քանզի ՚ի**, **վան զ'իւր** pro **վան զի իւր**, **սամոյր մ'և** pro **սամոյր մի և**. Transit eadem 1, saepissime in **յ**, praesertim **ի** Praefixi ante vocales, subinde etiam ante **լ**, **ստ**, **շտ**, (cf. supra pag, 8.) e. g. **յընթացս**, adeoque **յնթացս** pro **'ի ընթացս**, **յարքայ**, **յեկեղեցւոյ**, **յիմաստից**, **յորում**, pro **'ի արքայ** etc., atque **յղեի** pro **'ի ղեի**, **յսոյդ** pro **յըսաոյդ** seu **'ի ստոյդ**, **յշտեմարանս** pro **յըշտեմարանս** seu **'ի շտեմարանս**; hinc in vocibus ab **յ** incipientibus saepius omittitur e. g. **յոյնս** pro **'իյոյնս**, **յաւիտեանսյաւիտենից** pro **'ի յաւիտեանսյաւիտենից**, atque quum **յ** ob pronunciationem seriorem (cf. pag. 8,) sec. pag. 16. in **՛** nonnunquam abiret, raro etiam ante hanc litteram Praefixum **'ի** omittitur e. g. **հիւղեայն** pro **'ի հիւղեայն**. Item in declinatione nominum propr. in **ա** exeuntium **ի** plerumque in **յ** mutatur, sive potius abjicitur cf. **Եւրոպա** Gen. **Եւրոպայ** pro **Եւրոպաի** seu (sec. pag. 15.) **Եւրոպայի**, **Գալիլիա** Gen. **Գալիլեայ**, **Ռուկաս** Gen. **Ռուկայ**, sed

* Pertinent huc quoque nomina in **իւ** exeuntia, ut **թիւ** Gen. **թուոյ**, **պատիւ** Gen. **պատուոյ**, in quibus **ի** non in **ո** mutatum, sed **ու** pro **ւ** scriptum est.

scribitur etiam promiscue **Անանիա** Gen. **Անանիայ** et **Անանիայի**. Porro 2, transit haec littera in **ե** a, in flexione nominum, quae iu **ի** desinunt, et in casibus obliquis vocalem **ա** accipiunt, quacum vocalis **ե** in diphthongum abit, e. g. **Եսայի** Gen. **Եսայեայ**, **ալեք** Gen. **ալեաց**, **տեղի** Instr. **տեղեաւ**, b, in flexione verborum, e. g., Aor. I. 1 p. s. **սիրեցի**, 2 p. s. **սիրեցեր** Aor. II. **թողի**, **թողեր**, et in IV Cong. Inf. **խօսել** pro **խօսիլ** Aor. I **խօսեցայ** pro **խօսիցայ**. c, in compositione, cf. **բարեկամ** pro **բարի** + **կամ**, **որդեգիր** pro **որդի** + **զիր**, d, alibi etiam, e. g. **լեզու** a **լիզել**, **ուրեք** pro **ուրիք**, **ումեմն** pro **ումիմն** etc. Porro 3, mutatur in **է**, e. g. Pron. int. **ի** Gen. **էր**, et in nomm. comp. pro **ե**, cf. **բարէգործ** et **բարեգործ** ex **բարի** + **գործ**, **հոգէխառն** et **հոգեխառն** ex **հոգի** + **խառն**.* Denique 4, in **ւ** transit in flexione nominum sequente **ո**, cf. **որդի** Gen. **որդւոյ**, **տեղի** Gen. **տեղւոյ**, sed reperitur quoque **խայրիոց**, imprimis in vocibus monosyllabis earumque compositis, e. g. **ձի** Gen. **ձիոյ**, **միաձի** Gen. **միաձիոյ**, adeoque abjectâ vocali **ի**, **որդոյ**, **աղաւնոյ** ab **որդի**, **աղաւնի**, etc.

§. 7. Vocalis **ո** ob sonum ipsius inter **օ** et **ս** medium cum **ու** et **օ**, adeoque cum diphthongo **աւ**, quae seniori tempore et sonum et figuram litterae **օ** accepit, passim commutatur, cf. **մորուք**, **մուրուք**, **մօրուք** et **մաւրուք** — **զործող** et **զործօղ** etc.; at praeterea in flexione nunquam fere mutationibus obnoxia est,** atque, ubi convertitur, locum vocalis longae seu diphongi, id quod saepissime fit, gerere videtur.

*) In nonnullis vooibus **ի** plane abjicitur, e. g. **զինարք**, **թշնամասէր** ex **գինի** + **արք** et **թշնամի** + **սէր**.

) Singularis est flexio nominis **ոլոռն Gen. **ոլեռան** cf. lat. **olus** Gen. **oleris**, atque Pron. pers, 2. p. Gen. **քո** Dat. **քեզ** Abl. **քէն**.

§. 8. Vocalis brevis *ու* in flexione nonnunquam sec. §. 1,
 3. inseritur cf. *մասն* Nom. pl. *մասունք* pro *մասնք*, *երուք*,
լերուք pro *երք*, *լերք*, at multo saepius abjicitur, licet
 exempla non desint, ubi in media voce accedente flexione reti-
 netur cf. *ումզ* Gen. *ըմզոյ* cum *ուխտ* Gen. *ուխտի*, *օգուտ*
 Gen. *օգտի*, porro *տուն* Gen. *տան* cum *անուն* Gen. *անուան*,
գանձ Gen. *գանձու* Abl. 'ի *գանձէ* et 'ի *գանձուէ*, atque
 Gen. sing. nominis *քոյր* promiscue scribitur *քուեր* et *քեռ*.
 Transit eadem subinde in *ո*, cf. *երկու* et *երկոտասան*, *եր-
 կոքեան* — *չողայ* pro *չու* + *գայ*.

§. 9. Inter diphthongos primo loco nominanda est

1, *այ*, quae singulari modo abjicitur in Fut. Conjug. quar-
 tae, cf. 1 p. s. *խօսեցայց* 2 p. s. *խօսեցիս* etc. *հանայց* 2 p. s.
հանցիս etc. In fine verborum, exceptis Pronn. demonstr.
սա, *դա*, *նա*, et Imperativis *ասա՛*, *սիրեա՛*, scribitur pro *ա*,
 e. g. *վկայ* pro *վկա*, *ընծայ* pro *ընծա*, *Տիգրան* Gen.
Տիգրանայ pro *Տիգրանա*; in mediis vocibus ante duas con-
 sonantes transit in *ա*, e. g. *աստ*, *անդ* ab *այս*, *այդ*, *հարք*
 ab *հայր*, et *արք*, *արանց* sec. §. 1, 1. ab *այր*; sequente
ու vero in *աւ* sive *օ* mutatur cf. *հայր* Gen. *հաւը* s. *հօր*
 pro *հայուր*, ac saepius etiam convertitur in *է*, cf. *ազուգայք*
 et *ազուգէք*, *եղայ* et *եղէ*, *եղայք* et *եղէք*.

2, Diphthongus *աւ* sive *օ* per aphaersin abjicitur in voce
տար pro *օտար*, atque, ut modo vidimus §. 7, nonnunquam
 commutatur cum *ո* et *ու*. In voce *արտաւր* sive *արտօւր*
 plur. *արտասուք* eadem convertitur in *ա*.

3, Diphthongus *եա*, quae, si vocem claudit, in triphthongum
եայ abit, saepius, idque imprimis in flexione, quando *ի* seu *ոյ*
 additur, in vocalem *է* convertitur cf. *հիւղայ* s. *հիւղեայ*
 cum *հիւլէ*, *տուլնջէն* pro *տուլնջեան*, *դուզնաքեայ* Gen.
 pl. *դուզնաքեայց* et *դուզնաքէեց*, *կէի* et *ատէի* a *կեալ*

et *ատեալ* cum *կեայր* et *ատեայր*, *անդեայ* Gen. sing. *անդէոյ*, *ընկեաց* et *ընկէց*. In codicibus senioribus *էայ* plerumque pro *եայ* scribitur, e. g. *հրէայ* pro *հրեայ*. In flexione eadem, si vox in fine crescit, sec. §. 1, 1. in *ե* mutari solet. cf. *բարութիւն* Gen. *բարութեան* sec. pag. 10., Abl. *'ի բարութենէ*, sed retinetur quoque in nonnullis vocibus, e. g. *անկիւն* Gen. *անկեան* Abl. *յանկեանէ*, *ձիւն* Gen. *ձեան* Abl. *'ի ձեանէ*.

4, Triphthongus *եաւ* seu *եօ* saepius cum diphthongo *եւ* seu *իւ* commutatur, cf. *եաւթն* s. *եօթն* et *եւթն* s. *իւթն*, *եւրեաւ* et *իւրև*, *գեաւղ* s. *գեօղ* et *գեւղ* s. *գիւղ*.

5, Diphthongus *եւ* seu *իւ* sec. pag. 10. sequente *ե* in flexione abjicitur, sin vero *ա* sequitur, in diphthongum *եա* abit, cf. *աղբեւր* seu *աղբիւր* Gen. *աղբեր*, *գեւղ* s. *գիւղ* Gen. *գեղ*, *մանկութիւն* Gen. *մանկութեան*, Apud. Faust. Byz.* loco hujus diphthongi passim *ոյ* scribitur e. g. *երկերոյր* pro *երկերիւր*, *տեսանոյր* pro *տեսանիւր*.

6, Diphthongus *ոյ* in fine vocum, si Pron. *քո* et Imperativum *ամրացն'* etc. excepereis, semper scribitur pro *ո*, e. g. *զոյ* pro *զո* a voce *զու*, *մարդ* Gen. *մարդոյ* pro *մարդո*; in flexione vocis *քոյր* transit in *ո*, et *ու*, et absorbetur e. g. Nom. plur. *քորք* Gen. sing. *քուեր* et *քեռ* etc., atque alibi etiam cum *ո* et *ու* saepius commutatur cf. *որգոյն* et *որգոն*, *առոյգ* et *առող*, *առոյգութիւն* et *առուցութիւն*, *զոյ* et *զուցէ* et *զոյք* pro *զոսք*, *մոյծ* s. *եմոյծ* et *մուծի*, *թողոյր* et *թողուի* etc.

*) Fortasse ob similem pronunciationem, quoniam *ոյ* et *իւ* saepius vicem nostri *ü* gerere videtur.

Liber II.
DE PARTIBUS ORATIONIS.

CAPUT I. DE NOMINE.

§. 1. Genus in lingua armeniaca non solet distingui, sed ubi orationis nexus distinctionem postulat, nomini praeponitur vox, quae sive masculinum, sive femininum genus indicat. e. g. de hominibus: *մանուկ տղայ* puer, *աղջիկ տղայ* pueilla, *այր մարդ* vir, *կին մարդ* seu *էգ մարդ* femina — de animalibus: *արու ձի* seu *որձ ձի* equus: *էգ ձի* s. *մատակ ձի* s. *քած ձի* equa.

Nomina propria graeca et latina in Nom. Sing., quum in hoc tantum casu terminationem suam plerumque retineant, genera saepe distinguunt e. g. *Յովհաննէս* Johannes. *Յովհաննա* Johanna; sed in reliquis casibus hoc discrimen rarius observatur, cf. *Ագաթանգելոս* Agathangelus Gen. *Ագաթանգելոսի*, sed *Հեղինէ* Helena, Gen. *Հեղինեայ* atque item *Կամոս* Cadmus Gen. *Կամեայ*.

In nominibus propriis armeniacis genus femininum haud raro exprimitur per voces adnexas *դուխտ* (pro *դուխտը* i. q. *դուխտը*) i. e. filia, vel *անոյշ* i. e. suavis, e. g. *Խուլովիդուխտ*, *Ա արդանոյշ* sive etiam *Ա արդոյշ*.

Sed exstat quoque terminatio vere feminina apud Armenios, nempe *ուհի*, quae haud raro usurpatur, atque non modo nominibus propriis, verum etiam appellativis, adeoque adjetivis adnectitur. e. g. *Վ արդուհի*, *աստուածուհի*, *մարգարէուհի*, *թագուհի*, *երանուհի*, *սրբուհի*.

§. 2. Numeri in lingua armeniaca sunt duo: Singularis et Pluralis: Dualis nonnisi in voce *երկու* i. e. duo occurrit, sed flexio ejus a flexione numeri pluralis non differt.

Numeri pluralis variae reperiuntur terminationes, nempe *եր* in vocibus *բաներ*, *թղթեր*, *ներդեր*, *օբեր* a formis sing. *բան*, *թուղթ*, *ներդ*, *օր*, etc. deinde *եար* in vocibus *իշեար*, *վարժեար* ab *էշ*, *վարժ*, porro *եան* e. g. *գրեան*, *խոզեան*, *թղթեան* a *գիր*, *խոզ*, *թուղթ*, atque etiam *ան* in voce *խուժան* a *խուժ*. Sed omnes hae terminationes rarius occurront, atque pro obsoletis habendae sunt. Nam ex regula fere constanti Pluralis a Singulari formatur additâ litterâ *ք*, quae plerumque sine ulla mutatione, rarius, ut concursus consonantium evitetur, insertâ aliquâ vocali formae casus nominativi Sing. additur, e. g. *բանք* a *բան*, *գործք* a *գործ*, et *կեղծիք* a *կեղծ*, *սերմանք* a *սերմին*, *մասունք* a *մասն*; saepius quoque forma numeri sing. inusitata subest e. g. *կանայք* a *կին*, *մեղանք* a *մեղ*, *այգեստանեայք* ab *այգեստան*. In quibusdam vocibus, Pronn. demonstr. etc. littera *ք* non in fine ponitur, sed ante litteras finales inseritur, e. g. *նոքա*, *նոքին*, *այնոքիկ*, *ամենեքեան* et *ամենեքին* etc., in aliis nonnunquam terminati illi obsoletae *եր*, quae et in *որ*, *օր* abiit, interjectâ vocali *է* seu *այ* sv e *եայ*, in fine adnectitur, cf. *վաներայք* et *վանորայք* a *վան*, *արտորեայք* ab *արտ*, *գիւղօրէք* a *գիւղ*; ac simile quid ordine tamen inverso videtur locum habere in vocibus *քաղաքինեար* pro *քաղաքքինեար* a *քաղաք*, et *բարձկնեար* pro *բարձքնեար* a *բարձք*.

§. 3. Casus in lingua armeniaca sunt sex: Nominatus, Genitivus, Dativus, Accusatus, Ablativus et Instrumentalis; Vocatus nonnisi in nonnullis nomm. propr. graecae seu latinae originis a Nominativi forma deflectit, e. g. *Փիլիպպէ*, *Օչաքէ*, *Գրիգորիէ*, Narratus vero et Circumlativus, qui dicuntur, ab Ablativi et Instrumentalis formis non differunt, iisque tantum Praefixum *զ* addunt, Datus Praefixi denique atque Locatus

ab Accusativo vel Dativo nonnisi per Praefixum *'h* s. *J* vel *g* distinguuntur. Caeterum Dativus et Ablativus in numero plurali fere nunquam, in sing. certe non semper a Genitivi forma discrepant, et Accusativus in Plurali tantum a Nominativi forma abit, ita ut in Sing. saepius tres tantum, in Plur., si Pronomina nonnulla exceperis, non ultra quatuor formas diversas reperiamus.

De Formatione Casuum.

